



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae.|| In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-||clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-||phetijs & ...**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De stricto iudicio & iustitia dei absq[ue] misericordia. Cap. 37

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

se venit, opere completum, delectabitur locum nostrum, vlciscetur denique se de omnibus inimicis suis, & de oppressoribus suorum seruorum. Qui ait mea est vltio & ego retribuam eis in tempore, sanguinem seruorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuere in eorum hostes. Quibus verbum veritatis comminatur, dicens: Veniet super vos omnis sanguis iustus qui effusus est, faciet enim dominus iudicium in opibus & vindictam pauperum & iniuriam patientium. Scitote igitur esse iudicium scilicet strictum, de quo nunc sequitur.

¶ De stricto iudicio & iustitia dei absque misericordia. Cap. XXXVII.

Deus iudicium pauperibus tribuit, non autem saluat impios, quos pro omnibus suis impietatibus adducet in iudicium. Cuncta enim quae fiunt, adducet deus in iudicium pro omni errato. Imò qui duntaxat loquitur iniqua, non praeteriet eum corripies iudicium. Quod altissimus non supplātem hominum peccata hodie manifesta sunt praecedentia ad iudicium, quoniam misericordia non est in terra, ideo iudicium domino cum habitatoribus terrae. Non timemus deum nec ei seruimus neque eius vocem audimus, sed exasperamus os domini & sermones eius, idcirco manus domini erit super nos. Praesenti namque populo Christiano est cor exasperans, vt Christianitas nuncupetur generatio praua & exasperans. Inde ecclesia peruersa cōfetur modo eē domus exasperans, de qua Ezechiel loquutus est, & quam significat Iob dicens: Dominus venit tecum in iudicium propter malitiam tuam plurimam & infinitas iniquitates tuas. Iudicium igitur domini cum populo suo Christiano.

I § Nunc videbimus, vtrum sermo dei opere compleatur. Cum enim beatorum protectione (vt dictum est) caremus & continue in luto flagitiorum iacemus, neque in melius reformamur, superuenit in nos iustitia dei absque misericordia. Nam qui deum exasperat, primum corrigitur per flagella, quae si non afferunt emendationem, tunc succedit iudicium asperum. Nam populo criminibus maculato & impenitenti iratus est dominus vsque in aeternum, dicens: Si pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? Ita Christus apud Birgittam ostendit peccatori misericordiam & iudicium, his verbis. Et peccator correptus non audierit, flagellabo eum à capite vsque ad calcaneum, intantum quod omnes, qui audierint, mirabuntur & contremiscunt de dei iustitia & aequitate. Nos autem inique egimus, & ad iracundiam deum prouocauimus, idcirco factus est inexorabilis. Et haec varicinatio & contritio facta est nobis formido & laqueus. Hinc sapiens ad dominum: Quis stabit contra iudicium tuum, aut quis in conspectu tuo, scilicet sine timore stabit, quum veneris vindex iniquorum hominum? aut quos tibi imputabit si perierint nationes quas tu fecisti? non est enim alius deus quam tu, cui cura est de omnibus, vt ostendat, quoniam non iniuste iudicas iudicium.

II § Considerandum est secundum Augustinum, deum fore iudicem non solum in generali iudicio extremo, sed etiam in multis particularibus iudicijs, qui angelis peccatibus non pepercit, ac ab initio humani generis incepit iudicare, primos patres à paradiso expellendo, saepius postea suo diuino & particulari iudicio vsus in homines, qui aliquando aperte, aliquando occulte pro suis factis poenas hactenus soluerunt, siue in hac vita siue post mortem, venit enim hora & nunc est quando mortui id est, peccatores audient vocem filij dei. Per hoc quod dicit, nunc est, denotatur quotidianum dei iudicium: dies enim vltionis domini iam est & annus retributionis iudicij Sion, id est, ecclesiae. Simul itaque ad iudicium propinquamus.

III § Insuper apostolus inquit: Si deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat. O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quae incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viae eius, quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit. Item Esaias: Nescierunt videntem, scilicet deum, ignorauerunt iudicium, deus autem est iudicij dominus. Qui vero non fecerit legem dei, de eo erit iudicium mortis, vel exilij, vel carceris, vel in substantiam eius. At quid vultis mecum in iudicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit dominus.

Deute. 32

Matt. 25.

Psal. 139. 14.

Iob. 19. in fi.

Iob. 36.

Eccle. 12

Sap. 1

Iob. 8. in pr.

& c. 34

1. Timo. 5

Osee. 4.

1. Regū. 12

Psal. 77.

Ezech. 2. &

c. 3. & 12.

Iob. 22

Mich. 6.

Nume. 11.

Malach. 11

8. Bir. 49

Treno. 3.

Sap. 12.

20. deci. dei

1. & c. 6

2. Petr. 2.

Iohan. 5.

Esai. 34

Esai. 41

I. co. 5. 8

Roma. 11

Esai. 28

1. Esd. 7.

Hier. 2

- Iacob. 2. III § Iudicium autem sine misericordia illi qui non facit misericordiam. §. eo. §. 1
 Hebra. 10 Vnde apostolus: Qui irrita fecit legem Moysi, sine vlla miseratione moris, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium dei conculcauerit. Scimus enim quia dixit, mihi vindictam & ego retribuam. Et ite: Quia iudicabit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus dei viuentis. Nam saluator loquitur: §. c. 31. §. 11
 Deut. 32. De ore tuo te iudicabit. Verue nequa: sciebas quod ego austerus sum, tollens quod non §. c. 77. §. 6
 Luca. 19. posui, & metens quod non seminavi, s. p. c. m. Et alibi: Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Item pater dedit potestatem filio, iudicium §. c. 34. §. 5.
 Ioha. 5. facere, quia filius hominis est. Sicut audio, iudico & iudicium meum iustum est. §. c. 32. in prin. & §. c. 70. in prin.
 Ioha. 4. Et infra: Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmas, & arefcet & colligent eum, & in ignem mittent & ardet. §. c. 36. §. 5.
 §. c. 39. §. 1 V § Hoc iudicium est absq; impertione misericordiae: hinc scriptura in §. c. 39. §. 7
 Esa. 9. & 27. Maia inquit: Dñs non miserebit pupillos & viduas illius populi, quia omnis hypocrita est & nequa. Non est enim populus sapiens, propterea non miserebit eius §. c. 40. §. 9
 Hier. 11. nec parcat ei qui fecit eum. Ad idem dñs in Hieremia: Ecce ego inducam super eos mala de quibus exire non poterunt. Clamabunt ad me & ego non exaudiam eos. Ad hoc §. c. 25. §. 10
 Propheta: Tu aut dñe Sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, videam ultionem ex eis. Rursus dominus: Ecce ego visitabo super eos, iuuenes morientur in gladio. Filij eorum morientur in fame, & reliqui non erunt ex eis: inducam enim §. c. 25. §. 10
 Hier. 15. malum super viros Anathor annum visitationis eorum. Et infra: Non parcam & non concedam neque miserebor ut non dispergam eos. Et quum ieiunauerint, non ex §. c. 25. §. 10
 Ioha. 6. audiam preces eorum. Ecce peruerforum opera nil valent: siquidem hoc est opus dei ut credamus in eum quem misit ille. Vnde in Hieremia sequitur: Et si obtulerint holocausta, non suscipiam ea, quonia gladio & fame & peste ego consumam eos. Et infra: Mittam in Babylonem, id est, in confusam Christianitatem, ventilatores. Nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem malitiam eius. Sequitur §. c. 50. i. p. r.
 Hier. 51 in Hieremia plura ut inferius habebitur. §. c. 38. §. 10.
 Ezech. 8. & 9. VI § Ad idem dominus in Ezechiele: Ego faciam in furore: non parcat oculus meus, nec miserebor, & quum clamauerit ad aures meas voce magna, non exaudiam eos: Et dixit deus sex viris, quos quisque vas interfectionis in manu habebat: percucite, non parcat oculus vester, neque misereamini senem, adolescentulum & virginem §. c. 50. §. 5
 & §. c. 41. §. 8 parvulum & mulieres interficite, usque ad internitionem. Et infra: Relinquam ex eis viros paucos a gladio & fame & pestilentia, ut narrent omnia scelera eorum in gentibus, panem suum in solitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent, ut desolatur terra a multitudine sua propter iniquitates hominum, & ciuitates desolatae erunt terrae deserta. Et infra: Sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meam in te, non transeam, nec parcam, nec placabor. Iuxta vias tuas, & iuxta adinventiones tuas, iudicabo te, dicit dominus. §. c. 55. §. 9
 Ezech. 12 §. c. 35. §. 15.
 Ezech. 24 §. c. 27. §. 4.
 Zach. 5. & 7 VII § Hoc volumine volas, quod vidit Zacharias, est maledictio, quae egreditur super faciem omnis terrae, quia omnis fur & omnis iurans iudicabit. Et infra: Non luerit attendere, ut audiret legem & verba, quae misit dñs in spiritu suo sancto per manum prophetarum. Ideo facta est indignatio magna a domino dicente: Sicut locutus sum, & non audierunt, sic clamabunt & non exaudiam, terra itaque desolata est. Similiter dixit dominus ad Ozeam: Non addam ultra, misere mihi domui Israel, sed oblivione obliuiscar eorum. Et in Esdra: Non quasi me dereliquistis, sed vos ipsos dicit dominus, ideo vos derelinquam, & proijciam vos a facie mea. §. c. 15. §. 19.
 Ozee. 1 §. c. 41. §. 5
 4. Esd. 1. VIII § Esdras insuper prauidit lapsus nostros qui habitamus terram, id est, inhaeremus terrenis, dicens: Deus non voluit hominem disperdi, sed ipsi qui creati sunt, coinquinauerunt nomen eius, qui fecit eos, & ingrati fuerunt ei, qui praeparauit eis vitam, quapropter iudicium dei modo appropinquat. §. c. 41. §. 5
 4. Esd. 8. IX § De quo quidem iudicio David cecinit: Increpasti gentes & perijt impius: Inimici defecerunt frameae in finem, & ciuitates eorum destruxisti: Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terrae in aequitate, iudicabit populos in iustitia. Item: Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. §. c. 27. §. 4.
 Psal. 9. Et infra: Tu deus terribilis es, & quis resistet tibi? extunc ira tua, de caelo auditum §. c. 50. §. 4.
 Psal. 58 §. eo. §. 1
 Psal. 75 §. c. 45. §. 9.
 §. c. 33. §. 10.
 & §. c. 57. §. 3
 §. c. 36. §. 2 et
 §. c. 50. §. 4.
 §. eo. §. 2. &
 §. c. 38. §. 4.
 §. eo. §. 1

ditum fecisti iudiciū, terra tremuit. Quoniā venit iudicare terrā, iudicabit orbē terrarū in iustitia, & populos in æquitate.

X § De hoc terribili diuino iudicio Christus apud Birgittam quærit dicens: Quādiu patiar istos, scilicet peccatores, quamdiu sufferam talem contemptum? Cui Iohānes Baptista respondet: Tu es quasi gladius acutissimus qui iudicas in æquitate. Petrus ibidem subiungit hæc verba: De eodē est iustitia, vt q̄ recessit à fide tua, descēdat ad infernū capite inferius, & pedibus sursum, q̄ cōtempnit te qui deberes esse caput suū, sed seipsum dilexit.

XI § Desuper deus iurauit se facturū iustitiā, dicēs ad hominē: quia non vis tenere fidem mihi promissam, nec ad me charitatē habere, mittā ad te animal q̄ de torrente impetuoso procedit & absorbebit te, & sicut torrens semper ad inferiora deriuatur, sic animal illud deducet te ad inferiora inferni, & sicut impossibile est tibi cōtra torrentē impetuofam ascēdere, sic difficile est tibi ab inferno vltimam cōsurgere, verba mea quæ nūc dicta sunt cōplebūtur. Et infra: Ego primo castigo hominē per tribulationē temporālē, per infirmitatem, & per voluntati suæ cōtraria, si tūc respiscere noluerit, tūc auferā ab eo misericordiā meā, & dirigitam eū in pœnā sibi ex iustitia præparatā.

XII § Thelosphorus prætereā refert Ioaachim abbatem in quadā sua prophetia reuelasse, quod circa præsentia tempora, omnes ordines & status ecclesiæ, ob sua indurata peccata affligentur. Primus quidem ordo, scilicet coniugatorū est deuastrāndus. Secundus viduitatis disseminandus. Tertius virginitatis præcipitāndus. Vnde dicit: Væ primis, seminauerūt triticū fidei cōiugalī, & spinas mesuerūt adulterantes. Væ secūdis, currebant ad temporalia, & deus mittebat eos duntaxat ad spiritualia. Væ tertijs scopulis currentium, inclināti sunt quia de vntio contemplantur. Væ sublimibus, puto ecclesiasticis, qui inclinantur ad terrena desiderio vanitatis. De hoc vltimo videlicet spiritualium supplicio specialiter nunc videndum est.

¶ De speciali plaga incipiente à sanctuario, id est, à clero. Cap. XXXVIII.

Mandauit dominus vt ei sanctuarium facerent filij Israel, in quorū medio habitaret: Et vt cauerent ne illud macularent, sed sanctificaret ac mūdaret, omnēq̄ immūditā de sanctuario auferret, de quo deus eos respiceret tanquam de excelso celorū habitaculo. Postea domus Israel fecit abominationes magnas vt deus procul à sanctuario suo recederet. Dūq̄ enarraret calamitates obinde futuras, ait: A sanctuario meo incipite, id est, à viris ecclesiasticis, qui polluerūt sanctuariū meū. Hinc Amos propheta: Ecce dominus mādauit & percutiet domū maiore ruinis & domū minore scissionibus: Et sic tota domus à deo censetur deserta. Nūc itaq̄ ab imo vsq̄ ad summū sacerdotē purgāda erit ecclesia: purgabūtur nāq̄ filij Leui ab iniquitatibus suis, q̄ seipfos vltro purgare noluerūt: quoniam dispersi sunt lapides sanctuarij. i. mēbra ecclesiæ. Vnde Vincētius infert: Clerus nō solū ob suā, sed etiā populi culpam turbabitur. Nā in Leuitico dicitur propter peccatū populi sanctuariū esse expiandū ab immūditijs & p̄uaricationibus & cūctis peccatis filiorū Israel.

I § Hoc fit quoniā laici & seculares maxime potētes, filios, aliosq̄ necessarios suos ad beneficia ecclesiastica intrudunt, non curantes qui sint digni vel indigni. In suum quoq̄ vsū vsurpāt bona & iura ecclesiarum & clericorum auctoritatē spiritualē prorsus contemnentes. Ita ipsi laici seu inferiora ecclesiæ mēbra, præbent occasionem, quod ecclesia nutat & in sui structura iam ruinam minatur. Quæ quidem ruina in clero incipiet, nam quando aliqua ciuitas expugnatur, initio turre ac muri aliaq̄ue fortalitia ciuitatis demoliuntur, quofacilius reliquum corpus ciuitatis obtineatur: Ideo primum clerus, tanquam murus & domus maior, ruet, postea reliqui Christiani tanquam domus minor scindentur. Laici enim postquam clerus fuerit suppressus, carebūt doctrinis spiritualibus ac sacramentis: Et per consequens multi deuiabunt à tramite veræ fidei & religionis Christianæ.

Quia

Pfal. 97.

1. Bir. 41.

6. Bir. 22.

Ioachim.

Exod. 25

Leuiti. 26

2. Par. 29.

Deute. 26

Ezech. 8.

Ezech. 9.

Amos. 6.

Malach. 3

Treno. 4

Leuiti. 16

Amos. 6

§. c. 36. §. 1.

in fi.

§. c. 27. §. 13.

& §. c.

39. §. 20.

§. ca. 20. §. 3

§. c. 57. §. 14

in fi.

§. c. 35. §. 10

§. c. 27. §. 11

§. c. 31. §. 12.

in fi.

§. c. 25. §. 6.

& §. c. 55. §. 4

§. eo. §. 1. &

§. c. 55. §. 3

§. c. 38. §. 1 &

§. ca. 45. §. 7.

§. c. 35. §. 1 &

§. c. 40. §. 5.

§. ca. 55. §. 12

§. c. 42. §. 2.

§. c. 1.

§. c. 41. §. 9.

§. c. 49. §. 4.

§. c. 32. §. 1 &

§. c. 44. §. 7.

§. c. 29. §. 5.

§. c. 37. i pr.

& §. c. 39. i fi.

§. c. 28. §. 13.

§. c. 28. §. 1.

& §. c. 39. §. 3

§. ca. 32. §. 9

& §. eo. §. 4

§. eo. i pr. &

§. c. 44. §. 2.

§. c. 57. §. 11.

in fi. & §. ca.

46. §. 4.